Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



196.

dm quesiui vt interrogem
eum. Et ait rex ad iosaphat.
Remansit vir unus per quem pos
sumus interrogare sed ego
odi eum. quia non prophetat mihi
bonum. sed malum michaias
filius hiemla. Cui iosaphat
ait. Ne loquatur ita rex. Vo
cauit autem rex israel eunuchum
quendam et dixit ei festina
adduc michaiam filium hiem
la. Rex autem israel et iosaphat
rex iuda sedebant unusquisque
in solio suo vestiti cultu regio
in area iuxta ostium portae
samariae. et universi prophetae
prophetabant in conspectu eorum. Fecit
quoque sibi sedechias filius
chanaan cornua ferrea
et ait. Haec dicit dominus. his
ventilabis syriam donec de
leas eam. Omnesque prophetae
prophetabant dicentes. Ascende
in ramoth galaad et vade
prosperae et tradet eam dominus
in manu regis. Nuntius vero
qui iuerat vt vocaret michaiam
locutus est ad eum dicens. Ecce
sermones prophetarum uno ore bo
na regi predicant. Sit ergo
sermo tuus similis eorum. et
loquere bona. Cui michaias
ait. Viuit dominus. quia quicquid
dixerit mihi dominus hoc loquar.
Venit itaque ad regem. Cui
autem illi rex. Michaia ire
debemus in ramoth galaad
ad pugnandum an quiescamus. Cui
ille rendit. Ascende et vade
prospere. et tradet eam dominus
in manu regis. Dixit autem
rex ad eum iterum atque iterum
Adiuro te vt non loquaris
mihi nisi quod verum est
in nomine domini. Cui ait ille.
Vidi cunctum israel dispersum in
montibus. sicut oues non habentes
pastorem. Et ait dominus. Non
habent dominum isti. Reuertatur
unusquisque in domum suam in pa
ce. Dixit ergo rex israel ad
iosaphat. Nunquid non dixi
tibi. quia non prophetat mihi bonum
sed semper malum. Ille vero
addens ait. Propterea audite
monitum domini. Vidi dominum sedentem
super solium suum. et exer
citum celi assistentem ei ad
dexteram et sinistram. Et dominus
ait. Quis decipiet ahab
regem israel. vt ascendat et
cadat in ramoth galaad.
Et dixit unus iuxta hunc ste
mode et alius alio. Egressus
est autem spiritus. et stetit coram
domino et ait. Ego decipiam illum.
Cui locutus est dominus. In quo.
Et ille ait. Egrediar et ero
spiritus mendax in ore omnium p
phetarum eius. Et dixit dominus.
Decipies et prualebis. Egre
dere et fac ita. Nunc igitur ecce
dedit dominus spiritum mendacii in
ore omnium prophetarum tuorum. qui
hic sunt. et dominus locutus est
contra te malum. Accessit ad
sedechiam filium chanaan.
et percussit michaiam in maxillam
et dixit. Me ne ergo di
misit spiritus domini. et locutus
est tibi. Et ait michaias. Vi
surus es in die illa. qui in
gredieris cubiculum. vt cubi
culum vt abscondaris. Et ait
rex israel. Tollite michaiam
et maneat apud ammon
principem ciuitatis. et apud
ioas filium amalech. et dicite